

**Latin  
Higher level  
Paper 2**

Tuesday 5 May 2015 (morning)

2 hours

---

**Instructions to candidates**

- Do not open this examination paper until instructed to do so.
- Answer four questions from two genres only.
- The maximum mark for this examination paper is **[44 marks]**.

11 pages

2215–2964  
© International Baccalaureate Organization 2015

Answer **four** questions from **two** genres **only**. These questions should be taken from the **two** genres you have studied.

**Genre: elegiac and lyric poetry**

**Question 1. Catullus, 64.143–163**

nunc iam nulla viro iuranti femina credat,  
nulla viri speret sermones esse fideles:  
145 quis dum aliquid cupiens animus praegestit apisci,  
nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt:  
sed simul ac cupidae mentis satiata libido est,  
dicta nihil meminere, nihil periuria curant.  
certe ego te in medio versantem turbine leti  
150 eripui et potius germanum amittere crevi  
quam tibi fallaci supremo in tempore deesse:  
pro quo dilaceranda feris dabor alibusque  
praeda neque innecta tumulabor mortua terra.  
quaenam te genuit sola sub rupe leaena,  
155 quod mare conceptum spumantibus exspuit undis.  
quae Syrtis, quae Scylla rapax, quae vasta Charybdis,  
talia qui reddit pro dulci praemia vita?  
si tibi non cordi fuerant conubia nostra,  
saeva quod horrebas prisci pracepta parentis,  
160 at tamen in vestras potuisti ducere sedes  
quae tibi iucundo famularer serva labore  
candida permulcens liquidis vestigia lymphis  
purpureave tuum consternens veste cubile.

- (a) Translate *nulla ... parcunt* (lines 144–146). [3]
- (b) Write out and scan *sed ... curant* (lines 147–148). [2]
- (c) *germanum* (line 150). To whom does the speaker refer in this line? Give **one** additional detail. [2]
- (d) *quaenam ... cubile* (lines 154–163). Explain how each of these landmarks is significant for Ariadne's complaint. [3]

Genre: elegiac and lyric poetry

Question 2. Catullus, 11

Furi et Aureli, comites Catulli,  
sive in extremos penetrabit Indos,  
litus ut longe resonante Eoa  
tunditur unda,

5 sive in Hyrcanos Arabasve molles,  
seu Sacas sagittiferosve Parthos,  
sive quae septemgeminus colorat  
aequora Nilus,

10 sive trans altas gradietur Alpes  
Caesaris visens monumenta magni,  
Gallicum Rhenum, horribile aequor, ulti-  
mosque Britannos,

15 omnia haec, quaecumque feret voluntas  
caelitum, temptare simul parati,  
pauca nuntiate meae puellae  
non bona dicta.

20 cum suis vivat valeatque moechis,  
quos simul complexa tenet trecentos,  
nullum amans vere, sed identidem omnium  
ilia rumpens;

nec meum respectet, ut ante, amorem,  
qui illius culpa cecidit velut prati  
ultimi flos, praetereunte postquam  
tactus aratro est.

- (a) *sive ... unda* (lines 2–4). Explain the reference to Eos in this extract. Give **two** details. [2]
- (b) *Gallicum ... Britannos* (lines 11–12). Explain how the reference to the achievements of Caesar helps us date this poem. [2]
- (c) Describe how Catullus uses his poetic technique to support the theme of faithful love in this poem. Support your answer by quoting the Latin text. [8]

Turn over

Genre: epic

**Question 3. Virgil, *Aeneid* 4:416–436**

“Anna, vides toto properari litore; circum  
undique convenere; vocat iam carbasus auras,  
pupibus et laeti nautae imposuere coronas.  
hunc ego si potui tantum sperare dolorem,  
420 et perferre, soror, potero. miserae hoc tamen unum  
exsequere, Anna, mihi. solam nam perfidus ille  
te colere, arcanos etiam tibi credere sensus;  
sola viri mollis aditus et tempora noras.  
i, soror, atque hostem supplex adfare superbum:  
425 non ego cum Danais Troianam exscindere gentem  
Aulide iuravi, classemve ad Pergama misi,  
nec patris Anchisae cineres Manisve revelli,  
cur mea dicta neget duras demittere in auris.  
quo ruit? extremum hoc miserae det munus amanti:  
430 exspectet facilemque fugam ventosque ferentis.  
non iam coniugium antiquum, quod prodidit, oro,  
nec pulchro ut Latio caret regnumque relinquat:  
tempus inane peto, requiem spatiumque furori,  
dum mea me victam doceat fortuna dolere.  
435 extremam hanc oro veniam—miserere sororis—  
quam mihi cum dederit, cumulatam morte remittam.”

- (a) Write out and scan *Anna ... auras* (lines 416–417). [2]
- (b) Translate *miserae ... noras* (lines 420–423). [3]
- (c) *i, soror ... revelli* (lines 424–427). Give **three** reasons why Dido suggests Aeneas should delay his departure. Support your answer by quoting the Latin text. [3]
- (d) *tempus ... dolere* (lines 433–434). What gain does Dido expect to receive from a delay in Aeneas’s departure? Support your answer by quoting the Latin text. [2]

**Genre: epic**

**Question 4. Virgil, *Aeneid* 4:136–159**

tandem progreditur, magna stipante caterva,  
 Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.  
 cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum,  
 aurea purpuream subnectit fibula vestem.

140    nec non et Phrygii comites et laetus lulus  
 incedunt. ipse ante alias pulcherrimus omnis  
 infert se socium Aeneas atque agmina iungit.  
 qualis ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta  
 deserit ac Delum maternam invisit Apollo,

145    instauratque choros, mixtique altaria circum  
 Cretesque Dryopesque fremunt pictique Agathyrsi;  
 ipse iugis Cynthi graditur, mollique fluentem  
 fronde premit crinem fingens atque implicat auro;  
 tela sonant umeris: haud illo segnior ibat

150    Aeneas; tantum egregio decus enitet ore.  
 postquam altos ventum in montis atque invia lustra,  
 ecce ferae, saxi deiectae vertice, caprae  
 decurrere iugis; alia de parte patentis  
 transmittunt cursu campos atque agmina cervi

155    pulverulenta fuga glomerant montisque relinquunt.  
 at puer Ascanius mediis in vallibus acri  
 gaudet equo, iamque hos cursu, iam praeterit illos,  
 spumantemque dari pecora inter inertia votis  
 optat aprum, aut fulvum descendere monte leonem.

- (a) *tandem ... vestem* (lines 136–139). Give **two** details about the way Dido looks. Support your answer by quoting the Latin text. [2]
- (b) *at ... leonem* (lines 156–159). Give **two** details about Ascanius's behaviour on the hunt. [2]
- (c) Discuss how Virgil uses his poetic art to distinguish/differentiate Aeneas from his companions. Support your answer by quoting the Latin text. [8]

**Turn over**

**Genre: historiography****Question 5. Tacitus, *Annals* 14.41–42**

perculit is dies Pompeium quoque Aelianum, iuvenem quaestorium, tamquam flagitorum  
Fabiani gnarum, eique Italia et Hispania in qua ortus erat interdictum est. pari ignominia  
Valerius Ponticus adficitur quod reos ne apud praefectum urbis arguerentur ad praetorem  
detulisset, interim specie legum, mox praevericando ultionem elusurus. additur senatus  
5 consulto, qui talem operam emptitasset vendidisset perinde poena teneretur ac publico  
iudicio calumniae condemnatus. haud multo post praefectum urbis Pedanium Secundum  
servus ipsius interfecit, seu negata libertate cui pretium pepigerat sive amore exoleti incensus  
et dominum aemulum non tolerans. ceterum cum vetere ex more familiam omnem quae sub  
eodem tecto mansitaverat ad supplicium agi oporteret, concursu plebis quae tot innoxios  
10 protegebat usque ad seditionem ventum est senatusque obsessus, in quo ipso erant studia  
nimiam severitatem aspernantium, pluribus nihil mutandum censemibus.

- (a) Translate *perculit ... interdictum est* (lines 1–2). [3]
- (b) *pari ... condemnatus* (lines 2–6). Discuss the reasons given for Ponticus's public  
disgrace (*ignominia*). [3]
- (c) *haud ... tolerans* (lines 6–8). Give **two** motivations for the murder of Pedanius.  
Support your answer by quoting the Latin text. [2]
- (d) Explain what should have happened to the household slaves and why it did not happen. [2]

**Genre: historiography****Question 6. Tacitus, *Annals* 14.7**

at Neroni nuntios patrati facinoris opperienti adfertur evasisse ictu levi sauciam et hactenus adito discrimine ne auctor dubitaretur. tum pavore exanimis et iam iamque adfore obtestans vindictae properam, sive servitia armaret vel militem accenderet, sive ad senatum et populum pervaderet, naufragium et vulnus et interfectos amicos obiciendo: quod contra subsidium sibi?

- 5    nisi quid Burrus et Seneca; quos expergens statim acciverat, incertum an et ante gnos. igitur longum utriusque silentium, ne inriti dissuaderent, an eo descensum credebant ut, nisi praeveniretur Agrippina, pereundum Neroni esset. post Seneca hactenus promptius ut respiceret Burrum ac sciscitaretur an militi imperanda caedes esset. ille praetorianos toti Caesarum domui obstrictos memoresque Germanici nihil adversus progeniem eius atrox
- 10   ausuros respondit: perpetraret Anicetus promissa. qui nihil cunctatus poscit summam sceleris. ad eam vocem Nero illo sibi die dari imperium auctoremque tanti munieris libertum profitetur: iret propere duceretque promptissimos ad iussa. ipse auditio venisse missu Agrippinae nuntium Agerinum, scaenam ultro criminis parat gladiumque, dum mandata perfert, abicit inter pedes eius, tum quasi deprehenso vincla inici iubet, ut exitium principis molitam matrem et pudore
- 15   deprehensi sceleris sponte mortem sumpsisse configneret.

- (a) *tum ... sibi* (lines 2–4). Give **two** ways in which Nero feared that Agrippina might seek vengeance. [2]
- (b) Give **two** details about Anicetus that are **not** related in this extract. [2]
- (c) Discuss how Tacitus uses his narrative style to show Nero's motivations and the responses to his actions. Support your answer by quoting the Latin text. [8]

**Turn over**

**Genre: letters****Question 7. Pliny the Younger, Letters 2.1.1–6**

post aliquot annos insigne atque etiam memorabile populi Romani oculis spectaculum exhibuit publicum funus Vergini Rifi, maximi et clarissimi civis, perinde felicis. triginta annis gloriae suaे supervixit; legit scripta de se carmina, legit historias et posteritati suae interfuit. perfunctus est tertio consulatu, ut sumnum fastigium privati hominis impleret, cum principis noluisset.

- 5    Caesares quibus suspectus atque etiam invisus virtutibus fuerat evasit, reliquit incolumem optimum atque amicissimum, tamquam ad hunc ipsum honorem publici funeris reservatus. annum tertium et octogensimum excessit in altissima tranquillitate, pari veneratione. usus est firma valetudine, nisi quod solebant ei manus tremere, citra dolorem tamen. aditus tantum mortis durior longiorque, sed hic ipse laudabilis. nam cum vocem praepararet acturus in  
10    consulatu principi gratias, liber quem forte acceperat grandiore, et seni et stanti ipso pondere elapsus est. hunc dum sequitur colligitque, per leve et lubricum pavimentum fallente vestigio cecidit coxamque fregit, quae parum apte collocata reluctante aetate male coiit. huius viri exsequiae magnum ornamentum principi magnum saeculo magnum etiam foro et rostris attulerunt. laudatus est a consule Cornelio Tacito; nam hic supremus felicitati eius cumulus  
15    accessit, laudator eloquentissimus.

- (a)    *triginta ... noluisset* (lines 2–4). Give **three** reasons why Pliny admires Verginius Rufus as a very important and fortunate man. Support your answer by quoting the Latin text. [3]
- (b)    What was a public funeral (*publicum funus*)? Give **two** details. [2]
- (c)    Translate *usus est ... laudabilis* (lines 7–9). [3]
- (d)    What events led to Verginius Rufus's death? [2]

**Genre: letters****Question 8. Pliny the Younger, Letters 2.20.7–14**

Velleius Blaesus ille locuples consularis novissima valetudine conflictabatur: cupiebat mutare testamentum. Regulus qui speraret aliquid ex novis tabulis, quia nuper captare eum cooperat, medicos hortari rogare, quoquo modo spiritum homini prorogarent. postquam signatum est

testamentum, mutat personam, vertit allocutionem isdemque medicis: “quousque miserum

5 cruciatis? quid invidetis bona morte, cui dare vitam non potestis?” moritur Blaesus et, tamquam omnia audisset, Regulo ne tantulum quidem. sufficient duae fabulae, an scholastica lege tertiam poscis? est unde fiat. Aurelia ornata femina signatura testamentum sumpserat pulcherimas tunicas. Regulus cum venisset ad signandum, “rogo” inquit “has mihi leges”.

Aurelia ludere hominem putabat, ille serio instabat; ne multa, coegit mulierem aperire tabulas

10 ac sibi tunicas quas erat induita legare; observavit scribentem, inspexit an scripsisset. et Aurelia quidem vivit, ille tamen istud tamquam morituram coegit. et hic hereditates, hic legata quasi mereatur accipit. ’αλλὰ τί διατείνομαι in ea civitate, in qua iam pridem non minora praemia, immo maiora nequitia et improbitas quam pudor et virtus habent? aspice Regulum, qui ex paupere et tenui ad tantas opes per flagitia processit, ut ipse mihi dixerit, cum consuleret

15 quam cito sestertium sescentiens impleturus esset, invenisse se exta duplia, quibus portendi miliens et ducentiens habiturum. et habebit, si modo ut coepit, aliena testamenta, quod est improbissimum genus falsi, ipsis quorum sunt illa dictaverit.

- (a) Give **two** reasons why Pliny suggests that Regulus's attitude towards Blaesus is influenced by Blaesus's will. [2]
- (b) *Regulus ... scripsisset* (lines 8–10). What did Regulus say and do to Aurelia that has shocked Pliny so much? Support your answer by quoting the Latin text. [2]
- (c) Discuss how Pliny's literary style enhances his portrayal of his disgust at the behaviour of Regulus. Support your argument by quoting the Latin text. [8]

**Turn over**

**Genre: philosophy**

**Question 9. Lucretius, 3.417–439**

nunc age, nativos animantibus et mortalibus  
 esse animos animasque levis ut noscere possis,  
 conquisita diu dulcique reperta labore  
 420 digna tua pergam disponere carmina vita.  
 tu fac utrumque uno subiungas nomine eorum  
 atque animam verbi causa cum dicere pergam,  
 mortalem esse docens, animum quoque dicere credas,  
 qua tenus est unum inter se coniunctaque res est.  
 425 principio quoniam tenuem constare minutis  
 corporibus docui multoque minoribus esse  
 principiis factam quam liquidus umor aquai  
 aut nebula aut fumus — nam longe mobilitate  
 praestat et a tenui causa magis icta movetur,  
 430 quippe ubi imaginibus fumi nebulaeque movetur;  
 quod genus in somnis sopiti ubi cernimus alte  
 exhalarē vaporem altaria ferreque fumum;  
 nam procul haec dubio nobis simulacra geruntur  
 nunc igitur quoniam quassatis undique vasis  
 435 diffluere umorem et laticem discedere cernis,  
 et nebula ac fumus quoniam discedit in auras,  
 crede animam quoque diffundi multoque perire  
 ocius et citius dissolvi in corpora prima,  
 cum semel ex hominis membris ablata recessit.

- (a) Write out and scan *nunc ... possis* (lines 417–418). [2]
- (b) *principio ... fumum* (lines 425–432). Give **three** details about the nature of the soul [mind]. Support your answer by quoting the Latin text. [3]
- (c) *nunc ... auras* (lines 434–436). Give the **two** analogies used to explain how the soul departs the body. [2]
- (d) Translate *crede ... recessit* (lines 437–439). [3]

Genre: philosophy

Question 10. Lucretius, 3.41–54

nam quod saepe homines morbos magis esse timendos  
infamemque ferunt vitam quam Tartara leti  
et se scire animi naturam sanguinis esse,  
aut etiam venti, si fert ita forte voluntas,  
45      nec prosum quicquam nostrae rationis egere,  
hinc licet advertas animum magis omnia laudis  
iactari causa quam quod res ipsa probetur.  
extorres idem patria longeque fugati  
conspectu ex hominum, foedati crimine turpi,  
50      omnibus aerumnis adfecti denique vivunt,  
et quo cumque tamen miseri venere parentant  
et nigras mactant pecudes et manibus divis  
inferias mittunt multoque in rebus acerbis  
acrius advertunt animos ad religionem.

- (a) *nam ... leti* (lines 41–42). Describe what men fear more than death. [2]
- (b) *et quo ... mittunt* (lines 51–53). Give **two** details about the nature of the sacrifice described in these lines. [2]
- (c) Discuss how Lucretius's poetic art enhances the correlation between the actions of people and their ignorance of the real nature of the soul. [8]
-